



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

Tertia, repetitio vtriusque.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

**T**ertium, ut negotiorum, quæ illic geruntur, inspectione; puta itineris, laborum, & causarum, ob quas summus omnium Dominus, in summa natus sit egestate; latus quoq; in hac vita cum perpetua paupertate labores, famem, sitim, estum, frigus, opprobria, verbera, & crucem tandem subiturus; idque mei causa: vnde per singulas studebo prouentum aliquæ spiritualem colligere. Hæc demum concludenda erunt inito colloquio, & finito cum Pater noster.

**TERTIA CONTEMPLATIO,** est repetitio præcedentium diuarum.

**P**ro tertio exercitio, seu contemplatione, repetuntur duæ præcedentes cum oratione præparatoria, & iisdem tribus præludiis, notando ubique, & fixius tractan-

do il-

do illas partes, in quarum priori transcurso aliquid illustrationis, consolationis, vel desolationis accepimus. Subdetur etiam colloquium cum oratione Dominica, ut prius.

**N**otandum: eundem esse repetendi exercitij modum, & ordinem in hac hebdomada, & in sequentibus, qui fuit in prima: nisi quod mutatur materia, eadem forma permanente.

*QVARTA CONTEMPLATIO, est prima ac secunda, iterata repetitio, proxima precedenti penitus conformis.*

*QVINTA CONTEMPLATIO, est applicatio sensuum ad predictas.*

**P**ost orationem preparatoriam, cum tribus iam dictis præludiis apprime conducit, quinque ima-